Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38235
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



20

ambigendum ipse quoq; curauit ostendere quicum dixisse
hic est discipulus qui testimonium perhib& de hiis & scripsit hec
continuo subiac& et aut. Et scimus quia uerum est testimoni
um eius. Quia ergo & nos cum c&eris fidelibus scimus ee testi
monium eius curemus per omnia ut recta fide intellegendo
recta operatione exercendo quae docuit addona peruenia
mus sempiterna quae promisit per dnm nrm ihm xpm qui
uiuit & regnat cum patre in unitate spsci ds per omnia
secta sectorum amen. concordia. Inhoc istarum fit concor
dia duarum lectionum quia una de iohannis astu & nomine
alia tantum de eius astu faciunt rationabiliter mentione
quia ab omni contagione carnali immaculatum eum dns
ab infantia custodiuit & scm ideo illi apostolica apte conue
nit lectio. Maxime ubi ait benedictus ds qui elegit nos ut
essemus sci & immaculati in conspectu eius. IN NATALE INNO
CENTUM. Lec LIBRI APOCALIPSIS IOHANNIS APOSTOLI.

Et Uidit super montem sion agnum stantem. Agnus xps de quo
iohannes ait. Ecce agnus di qui tollit peccata mundi. Mons sion
quae speculatio inter pr&atur in hoc loco ecclesia intellegitur
super quem dns ihs xps stare perhib&ur. uirtutis & protec
tionis ei prestans adiutorium & munimen. nota quod bestia
superius in arena maris agnus in monte sion stare perhib&ur
Et cum eo centum quadraginta iiii milia. hic est numerus
populi di hic finitus numerus ponitur pro infinito & sacratus
sec&di significatione mysterii. quam ternario numero tri
plicato fit nouennarius & quaternario quater ducto sede
cim faciunt quorum aui decus sexies exlium adimplentur
quo numero uirginei examinis mystice insinuata est ple
nitudo ut cum deinceps tam copiosa dicitur multitudo de
c&eris ecclesiae membris non dubitetur habentes nomen
eius & nomen patris eius scriptum in frontibus suis.
Superius enim dixerat de bestia ascendente de terra qd
faceret omnes pusillos & magnos diuites & pauperes liberos
& seruos habere caracter in dextera manu & in frontibus
suis hic aui econtrario deseruit di ne tam uehementi per
secutionis imp&u uel subcubuisse aliquem uel periisse
infirmus animus aestimar& subdit habentes nomen eius
& nomen patris eius scriptum in frontibus suis quod dic